UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Sergio [et] Baccho martyribus. Cap[itulum]. xxix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

¶ De ſancta fide virgine ⁊ martyre. Cap̄.xxvi.

Fides virgo ⁊ martyr apud ageneñ. ciuitatē paſſa eſt ſub p̄ſide daciano: q̄ cheſſet nobilis ipſius ciuitatis: v̄ginitatē ſuā ab īfantia dn̄o cōſecrauit. Juuenis autem etate ſed animo cana a daciano preſide in agenenſi vrbe cōprehenſa: vt diis ſacrificaret: dū xp̄m cōfiteretur: ſup cratē ereā diuaricatis mēbris extenſa: ⁊ ſubſtratis carbonibus: adipeq̄ flammis inſecto: dū ſic coqueret multos ſue virtutis exēplo cōuertit: ⁊ ad martyrium animauit. Inter quos beatus caprafius diuino ſigno firmatus ad certamen roboratus eſt: vt dicetur infra in eius paſſione. xiiij. kalē. nouembris. Beata ꝟo fides poſt multos et diros agones: ꝓ xp̄i nominis confeſſione capite ceſa: ⁊ in ciuitate agenenſi in tumulo honorifice depoſita eſt pridie nonas octobris.

¶ De ſancto gangulpho martyre. Cap̄.xxvij.

Gangulphꝰ martyr apud burgūdiā paſſus eſt: circa ānū. xxiiij. imperij cōſtantini quarti: vt ait ſigibertꝰ. Hic clarus ſanctitate: fontem quēdam emit ſcaturiētem in gallia: quē oriri fecit in burgundia: in proprio ſolo. Cum aūt venditor fontis ſanctum quaſi inſanum irrideret: eo ꝙ fontem in aliena patria cōpaſſet: repēte fontem ſuum ſiccatū inuenit: ⁊ eundem poſtmodū in territorio gangulphi exurgētem audiuit. Sed dū iuxta ip̄m fontē gāgulphus vxorē de adulterio increparet: eo ꝙ ipſam cū q̄dā clerico iacētē vidiſſet: illaq̄ ſe excuſaret: iuſſit vt illa nudato brachio lapillū de fōte educeret: ꝙ ſi maneret illeſa: ⁊ ſine aduſtiōe aliqua ipſam innocentē comprobaret. Que viri ſimplicitatē deridens: dum lapillum accipere voluit: brachiū quaſi ex bulliente aqua decoctum eduxit. Cui vir dimidium ſubſtantie ſue dedit: ⁊ ab illa diſceſſit. Sed cum mulier ex tali miraculo notam maximam incurriſſet: clericum ſecum adulterātem induxit: vt virum occideret. Qui cum nocte quadam reperiens iugulauit. Cuius corpꝰ ſepultum miraculis clarere cepit. Quod dū eiꝰ vxori nunciaretur: illa plurimum irridebat: dicens ꝙ ita vir eius miracula faciebat: ſicut anus eius cantabat: ſubitoq̄ inuita turpes ſonos ab ano cepit emittere. Quod deinceps ei ſemper omni ſexta feria contingit: qua die vir eius occiſus fuit: vt dum verbum ore ꝓferret: ab ano turpem ſonum ederet. Paſſus eſt autem pridie nonas octobris.

¶ De ſancto Syggone epiſcopo ⁊ martyre. Cap̄.xxviij.

Syggō epiſcopus et martyr vnꝰ fuit ex antiquis ſancti pauli apoſtoli diſcipl'is. Qui ab eodem apoſtolo pontifex laodicēſis ordinatus ſub perſecutione domitiani ceſaris apud eandem vrbem pro veritate fidei glorioſo martyrio coronatus eſt: pridie nonas octobris: vt ait ado in martylogio.

¶ De ſanctis Sergio ⁊ Baccho martyribus. Cap̄.xxix.

Sergius ⁊ bacchꝰ martyres paſſi ſūt in ꝓuincia eufrateia tempore maximiani impatoris ſub antiocho preſide. Quorū prior erat Primicerius: alter ſecundicerius gentilium ſchole: ambo milites ꝓclari ⁊ maximiano dilecti. Qui cum eſſent cum eodem auguſto in eadem prouincia: accuſati ſunt eidem a militibus ꝙ eſſent xp̄iani. Quos imperator aduocās: ingreſſus eſt cū omni militia ad templum vt ſacrificaret: et circunſpiciens non vidit ſergium: nec bacchum: neq̄ enim templum ingreſſi fuerant: ſed foris expectantes orabāt. Tunc auguſtus miſſis ſatellitibus: iuſſit illos introduci: ⁊ cepit agere: vt ſacrificarent: ac de immolatis deo ioui cum ceteris guſtarēt. Qđ cum facere renuiſſent: mandauit zonas eorum incidi: ⁊ chlamyde militari eos exui: ac torques aureas de ipſorum ceruicibus auferri: indutoſq̄ muliebribꝰ collobijs cathenis vinctos per mediam ciuitatem vſq̄ ad palatiū pertrahi: deinde in cuſtodiā recludi. Sequēti die miſit antiocho preſidi prouincie orientis cum litteris ſuis: vt eos: aut diis immolare compelleret: aut diuerſis afflictos penis p̄imeret. quos cuſtodes ſuſcipientes: et iter arripientes: ſero illo miliario a ciuitate. xij. in ſtabulo quodā hoſpitati ſunt. Angelus autem domini per noctem ſanctis cathenatis apparens: illos in domino confortauit. Mane autem a cuſtodibus trahebantur: quos quidam ex eorum mancipijs ſequebatur vſq̄ ad caſtrum barbariſſum: vbi preſes antiochus reſidebat. Suſcipiēs autem eos preſes ⁊ litteras impatorias audiens: fecit eos vſq̄ mane in cuſtodia detineri pedibus in cippo recluſis. Qui dum pſallerent: angelus domini eis iterū apparuit: ⁊ eos ad martyriū fortius animauit. Mane autem iuſſit eos

antiochus ſibi preſentari: eoſqꝫ ad deorum ſa-
crificia hortabatur. Cum autē omnia idola de-
monia dicerent: ⁊ omnino ſacrificare cōtemne
rent: iratus preſes iuſſit Sergium in carcerem
recipi. Bacchū vō neruis crudis a quattuor ſi-
bi viciſſim ſuccedentibus tam diu cedi: donec
ipſum voce de celo vocante ſpiritū exhalauit.
Cuius corpus mādauit extra caſtrum proijci:
vt a feris deuoraretur. Cunqꝫ ferarū multitu-
do ad ipſum accurreret: aues deſuper volitan-
tes roſtro ⁊ vnguibus beſtias percutientes: nō
permittebant corpus ab eis tangi: quod noctu
quidam chriſtiani rapientes: in quadam ſpelū
ca ſepelierunt. ¶ Sergius vō hec audiens bac
chum in carcere defl ebat: quia eo relicto ad glo
riam properaſſet: cui ſequenti nocte bacchus
apparuit in facie ſplendidus ⁊ habitu militis
indutus: ſociumqꝫ confortauit: et de proximo
ſe ſecurum predixit. Quem et cuſtodes carce-
ris conſpexerunt: ⁊ que ſibi dixerat: mane a ſer
gio audierunt: vnde ⁊ plures conuerſi ſunt. Se
quenti die ſergius producitur: ⁊ ad caſtrum ſy
rum poſt antiochum vinctus trahitur. Et cum
ibidem ꝯſtantius permaneret manibus ligat:
⁊ clauibus in pedibus configitur: ſicqꝫ cōfixus
ante carrucā preſidis currere compellitur vſqꝫ
ad caſtrum tetrapyrgiū: quod .ix. milibus a ca-
ſtro ſyro diſtabat: vbi in carcere iterum poſitus
per noctem angelica collocutione: ac viſione cō
fortatur: ⁊ pedibus ſanus efficitur. Quod cū
preſes Antiochus mane cerneret: indignatus
iterum mandauit Sergium pedibus coturnis
indutum ante redam ſuam pertrahi vſqꝫ in ca-
ſtrum ruzaffatan: quod nouem ſimiliter milia-
ribus a tetrapyrgio diſtat: in quo loco pro tri-
bunali ſedens: ſergium ſacrificare nolentē gla
dio animaduerti precepit. Ad cuius martyriū
tam homines loci: ꝙ beſtie agri conuenerunt:
qui voce celica vocatus extra caſtrū decollatus
eſt: locus autē in quo ſanguis eius effuſus eſt:
magnam voraginē fecit: ⁊ cruorē omnem ſuſce
pit: ⁊ ſic deinceps in teſtimoniū eius paſſionis
vorago permanſit: cuius corpus in ipſo loco a
chriſtianis ſepultum eſt: edificata deſup nobi
liſſima crypta. ¶ Poſt aliquod tp̄s xp̄iani qui-
dam de caſtro ſyro venerunt: vt corpus Sergij
tollerent: ⁊ cū baccho ſepelirent. Sed cū nocte
illud auferre vellent: ignis maximus circa lo-
cum accēſus eſt: quē illi de caſtro ruzaffatā vi-
dentes: ⁊ hoſtes illos eſſe putātes: qui ignē ac
cendiſſent: vt domos extra caſtrū exurerēt: ar-
mati egreſſi ſunt: ⁊ eos qui corpꝰ auferre volue
rant: inde effugauerūt. Nūc aūt ipſorum ambor
martyrum corpora venetijs eſſe credūtur in ec
cleſia cathedrali beati petri apoſtoli: ſub cuius
crypta in arca marmorea venerātur. Paſſi ſunt
autem non̄. octobris.

¶ De ſanctis marcello ⁊ Apuleo
martyribus. Cap. xxx.

Marcellus et
apuleus martyres
apud vrbē romam
paſſi ſunt ſub nero
nis perſecutione. Quiſquidē
primo ſymoni mago adheſe-
runt: ſed videntes mirabilia:
que dominus operabatur per
apoſtolum ſuum petrum: reli
cto ſymone apoſtolice ſe do-
ctrine tradiderunt. Et poſt martyrium apoſto-
lorum pro confeſſione chriſti ⁊ ipſi decollati: au
reliano conſulari viro ſententiam ferente: coro
nam martyrij perceperunt: ſepultiqꝫ ſunt non
longe ab vrbe roma. non̄. octobris.

¶ De ſctā Julia virgine ⁊ mar. Cap. xxxi.

Julia vir
go et martyr
paſſa eſt apud
prouinciā au-
guſtanā: ꝙ dr̄
eufratcia. Que a preſide im-
piiſſimo martiano cōprehen-
ſa iubetur idolis immolare.
Cunqꝫ ſacrificare contēpſiſ-
ſet: poſt diuerſa tormētorum
genera ipſi illata: nouiſſime gladio iuſſu eiuſdē
preſidis iugulatur. Sicqꝫ curſum glorioſi mar
tyrij conſumauit nonas octobris: vt ait ado in
martylogio ſuo.

¶ De ſancta iuſtina virgine ⁊ mar
tyre. Cap. xxxij.

Juſtina vgo
apud ciuitatem pa-
tauinā paſſa eſt ſub
maximiano rege. Que fuit fi-
lia regis vitaliani ⁊ regine p-
pedine: quos beatus proſdo-
cimus epiſcopus ad chriſtū
conuertit: ⁊ iuſtinā ſacro fon-
te renatā diuinis litteris eru
diuit: vt dicetur infra in eius
legēda. vij. idus nouembris. Hec defunctis pa
rentibus: dum inter generoſas feminas vene-
tiarum partibus in ſua quoqꝫ patria pataui mo
raretur. Maximianus rex: vitaliani ſucceſſor:
mediolano veniens ad patauinam vrbē. Juſſit
ſibi in cāpo martio tribunal parari: vt illic ſan-
ctos dei diuerſis penis afficeret: aut compelle
ret immolare. Cū aūt beata Juſtina de ſuo pre
dio aſcenſo vehiculo: ad viſitādos dei famulos
properaret: vidēs ꝙ maximiani milites eā per
ſequerentur: fugere cepit: arbitrans ꝙ occaſio
ne ſtupri eā cōprehēdere vellēt: ⁊ cū in anguſto
pontis curui: qui ex marmore cōſtructus ꝑpe
ciuitatem eam cōcluſiſſent: deſcendēs de reda-